

Codice Diplomatico Longobardo I, 96

+ Exemplar. + In nomine Domini. regnante domno Rachis uir excellentissimus regem, anno quarto, die octauo mense septembrio, per indictione secunda; feliciter. Ratpertus uir deuotus filius quondam Guilichisi; speraue in me diuina potentia, dum complexus reiacere in infirmitate, sine fine, ubi fures non effodiunt nec furantur, ut illa uoce audire merear quam Dominus noster Iesus Christus ac redemptor omnium in se credentibus promittere dignatus est: uenite benedicti patris, percipite regnum quod uobis paratum est aborigine mundi; et iterum ammonuit dicens: Ideoque ego qui supra Ratpertus... quia.... filius masculus, preuidi mihi in proprio meo aedificare aecclesia monasterio beatissimorum Sancti Petri et Pauli atque Anastasii, et iniui me uel anima mea commendarae atque offerri medietatem de omnem paruitatem pecuniam uel adquisitum meum quod nunc presenti die auere et in futuro acquirere potuero, tam casae auitacionis meae quam et casae masariciae, seo casalia, uinea, terra, pratis, pascuis, siluis, salectis, sationibus, cultum atque incultum, mouilem uel immouilem seseque mouentibus. omnia et in omnibus ad ipsum sanctum et uenerabile locum offerri et condonare preuidi [una cum genitrice, coniuge, sorore], seu et Astruelda, qui ueste monastica ioduta esse uidetur; in eum uero tenore, ut, si iam dicta filia mea uoluere cum genitrice mea Muntia atque coniuge mea Perterada seo germana mea Ratperta in ipsum monasterio deseruire uoluere, in sua habeat potestate regendum, in senodochio egenos uel pauperes recipiendum et elemosina tribuendum et guuernandum per ebdomata una pauperes uel peregrinas animas et una cum Dominico abbate rectore, quem inibi ordinare preuidi; omnia, ut dixi, in sua habeat potestate regendum, in senodochio egenos uel pauperes recipiendum, elemosinam tribuendum de quod inibi Dominus condonare dignatus fuerit, et pro anima mea grauata ponderibus peccatis meis die noctuque omnipotentem Deum et eiusdem omnipotentis Dei genitricae Maria uel beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii, in cuius honore ecclesia est fundata, exorare, ut me nimis peccator de uinculis penarum eripere dignetur et inter sanctis et electis suis aliquaparte uel societas tribuere iubeas, quia scriptum est per eloquium et minestrationem domini nostri Iesu Christi: petite et dabitur uobis, querite et inuenietis, pulsate et aperietur uobis. proideo ego miser et nimium peccator creditus in eius magna misericordia, qui est pius dominus ac redemptor omnium caeli et terrae, de paruitatis mea terrenis tribuendum ad ipsa sancta uirtute nominis beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii caeleste gaudio offerri preuidi, in eo modo, ut, si coniuge mea Perterada carnale uitio fuerit consecuta et in ipso senodochio uel monasterio noluerit deseruire, nulla de rebus meis auere debeant, nisi uacua et inane exinde foris exire deueant, ambulando ubi uoluerit; et forsitan filia mea, si noluerit in ipso monasterio residere, cum portione sua uadat ubi uoluerit, amplius de rebus meis uel in ipso monasterio nulla posset auere uel inperatione facere; nam si iniui permanserit, omnia cum supradicto rectore uel genitrice atque coniuge uel sorore in sua habeat potestate regendum, usque dum Dominus uitam concesserit in hunc exilium mundi auitandum. omnia mea sit potestate regendum, re meliorandum, usufructu capiendum; nam non ad secularibus per nullo ingenio subtrahendum, nisi pro anima mea liueri demittendum. et si fuerit mihi filius masculus, michi heredes esse deueant secundum lex gentis nostre, et ipse senodochio in suam aueat potestate, uel qui per ipso inibi fuerit ordinatum; et si ad secularibus uoluerit permanere, portionem sua suscipiat, et in ipso monasterio nulla imperatione facere passet, aut abbatem ponere, nisi qui ordinatione iusta Deo fuerit ordinatus. et, quod a me optandum non est, si sine filius masculo transiero et antea de hac luce migratus fuero quam ipse sanctum et

uenerabile locum consecratus sit, uolo atque decerno, ut ipso oratorio uel senodochio iam dictis ipsa genitrice atque coniuge seu sorore et filia mea et omnia medietate rebus meis, quod iniui condonare uisus sum, diebus uitae suae, in suam aueat potestatem, et post obitum eorum, qui per ipsi iniui fuerit ordinatus, et serui uel ancillas meas pro anima mea liueri demittendum in sua habeat potestate, et ratum, sic in ipsi liuertus permaneat, sicut princeps domnus bonae memoriae Liuprandus rex per aedictum confirmauit. et iterum confirmare preuidi, ut, sub nullius mater ecclesia subiacentem, ipsum sanctum oratorium uel senodochio paruitate munusculi mei edificatum in suo iure permaneat; et Dominico abbas, per me iniui positus, et ipsa genitrice atque coniuge seu germana atque filia mea in suam aueat potestatem diebus uitae suae, aut fratri uel sorori, qui per ipsi iniui positi fuerint, uel postmodum unusquisque secundum Deum electis spiritualiter et regulariter seruientes, regendum, recipiendum egenos et pauperes, et pro scelera mea Dominum deprecandum, nam per nullo titulo in alium hominem alienandum aut per corruptione iniui alio superponendum, nisi quem ille uoluerit qui iniui fuerit ordinatus, et nullus de heredibus proheredibus meis quandoque aliqua posse inferri molestia; et post obitum meum, omnia, sicut superius decreui, perpetuis temporibus stauilium permaneat, et qui contra hanc cartulam uel ipso monasterio aut sanctum senodochio ire quandoque presumpserit, aut eam inrumpere uoluerit, in primis in ira Dei et omnis uirtutis caelorum archangelorum, angelorum, prophetarum, apostolorum, martirum et confessorum incurrat, insuper socius sit Iuda Scarioht, qui tradidit dominum nostrum Iesum Christum, et in tartaro sit consumptum. ecce, ut mea fuerunt desideria, adimpleui. Et Auondus notarius scriuere rogauit. Actum Pistoria, regnum et indictione suprascripta; feliciter. Signum + manus Ratperti.... [Ego ...]fredus medicus rogatus ad Ratperto manu mea propria teste subscripsi. Ego Lazarus rogatus a Ratperto manu mea testi subscripsi. Ego Rachi perto rogatus ad Ratperto testis subscripsi. Signum [+] manus Maurelli uiri deuoti filio quondam Statari rogatus ad Ratperto testis. Signum [+] manus Anselmi uiri deuoti filio quondam Barafuli testis. Signum [+] manus Tatoni uiri deuoti filio quondam Fusoni testis. Ego Auondus qui supra scriptor huius cartulae post a testibus rouorata et tradita compleui et dedi.